

do aduocatur. positis castris consediss & uuaifarius
bello certare non ausus. missa ad regem legati
one spondet se imperata facturū. ecclesiarū
iustitias reddituru. obsides qui imperarentur
daturum. Dedit & iam duos de primorib; gentis
ad algarium & itherium. & hoc facto commotū
contra se regis animum adeo mitigauit ut sta
tim bello desisteret. Nam acceptis obsidibus
qui ad fidem promissionib; faciendā dati sunt.
rex bello abstinuit domūq; reuersus dimisso
exercitu in uilla carisiaco hiemauit. In qua &
natalem dn̄i & pascha celebrauit. Dcclxi.
Uuaifarius dux quāquam obsides dediss & sacra
menta iurass & satius tamen ratus si de in lato sibi
anno superiore bello ultionē exiger & exercitū
suum qui francorū possessiones popularetur.
usq; ad cabillonem ciuitatē fecit accedere. Quod
cum pippino regi generale conuentū agenti
in uilla duri afuiss & nunciatū coactis undiq;
auxiliis cum magno belli apparatu aquitaniā
ingressus quaedam opida atq; castella manu
coepit. In quib; p̄cipua fuere burbonis. cantilla
clar montis. quae se uictori ultro dediderunt.

Cabillone
Dura uilla
Burbonis

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod510_foll31-133/0059